BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 48v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ego mittam et assumam universam
cognationem aquilonis ait domi
nus. et nabuchodonosor regem ba
bilonis servum meum et ad ducam
eos super terram istam et super habitatores
eius et super omnes nationes que in
circuitu illius sunt et interficiam
eos. Et ponam eos in stuporem et
in sibilum et in solitudines sempiter
nas. perdamque ex eis vocem gaudii
et vocem leticie. vocem sponsi et vo
cem sponse. vocem mole et lumen
lucerne. Et erit universa terra eius
in solitudinem et in stuporem et ser
vient omnes gentes iste regi ba
bilonis. lxx. annis. Cumque imple
ti fuerint. lxx. anni visitabo super
regem babilonis et super gentem
illam dicit dominus iniquitatem
eorum et super terram chaldeorum et
ponam illam in solitudines sem
piternas. Et ad ducam super terram
illam omnia verba mea que locu
tus sum contra eam. omne quod
scriptum est in libro isto. quecumque
prophetavit iheremias adversus
omnes gentes quia servierunt
eis cum essent gentes multe et
reges magni et reddam eis secun
dum opera eorum et secundum facta
manuum suarum. Quia sic dicit do
minus exercituum deus israel. Sume
calicem vini furoris huius de manu
mea et propinabis de illo cunctis gen
tibus ad quas ego mittam te et
bibent et inebriabuntur et insanient
a facie gladii quem ego mittam
inter eos. et accepi calicem de manu

domini et propinavi cunctis gentibus
ad quas me misit dominus iheru
salem et cunctis civitatibus iuda
et regibus eius et principibus eius.
ut darem eos in solitudinem et in
stuporem et in sibilum et in maledic
tionem sicut est dies ista. pharaoni
regi egypti et omnibus servis eius
et principibus eius et omni populo
eius et universis generaliter cunctis re
gibus terre ansitidis et cunctis regi
bus terre philistiim et ascalonis et ga
ze et accaronis. azoti et reliquis y
dumee et moab et filiis ammon et
cunctis regibus tyri et universis re
gibus sydonis et regibus terre insu
larum qui sunt trans mare et de
dan et theman et buz et universis
qui atonsi sunt in comam et cunctis
regibus arabie et cunctis regibus
occidentis. qui habitant in deserto et
cunctis regibus zambri et cunctis
regibus elam et cunctis regibus me
dorum. cunctisque regibus aquilonis
et de prope et de longe unicuique contra
fratrem suum et omnibus regnis
terre que super faciem eius sunt et
rex sesach bibet post eos et dices ad
eos Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Bibite et inebriamini et vo
mite et cadite neque surgatis a facie
gladii quem ego mittam inter vos
Cumque noluerint accipere calicem
de manu tua ut bibant dices ad
eos. Hec dicit dominus exercituum
Bibentes bibetis. quia ecce in civi
tate in qua invocatum est nomen
meum ibi ego incipio affligere vos.